


10. Psallat scholarum concio

Piae Cantiones 1582 / 1625

Anonymus



2. Extinxit ignem sceleris hic dator gratiæ,
Extans fructus fœderis, in orbis acie,
Per quem regnant reguli, super orbem seculi,
Cuncti in terræ facie.
3. Totius orci sæviit sævi potentia,
Dum puella genuit Dei clementia,
Mundus quidem aruit, sed iam virens claruit,
Et eius simul entia.
4. Respexit nos diluculo qui ardet fulmine,
Caritatis oculo à cœli culmine,
Venit huc ut solveret, quos æstus involveret,
Christus suo fulcimine.
5. Conemur ergo lili hunc florem legere,
Ut nos partus filii possit protegere,
Hunc omnis felicitas oret et clericitas,
Ut det nos secum regere.
6. Certatim laudes concinent cœli palatio,
Christo Iesu iubilent, quos regit ratio,
Hanc omnia deifice collaudet mirifice,
Triplata vitæ statio.